



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

IX. Homo, quatenus memoria præditus est, miser & miserabilis est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

CAPVT IX.

*Homo, quatenus memoria præditus est
miser & miserabilis est.*

Fida enim intellectus custo-
nō est, tam circa res eas, quæ
cognitione haustæ sunt, quam
quæ ad Deum, eiusq; cultū, & be-
neficia collata pertinent; horum
enim omniū, beneficiorū maxi-
mè obliuisci solet, vel naturaliter
vel voluntaria quadam negli-
gentia, ne gratus esse teneatur.
Esto verò eorum non obliuiscen-
tur, vel impudenter negat, vel
stutè dissimulat accepta benefi-
cia, aut saltem nullum ei munus
repēdit neq; manu, neq; lingua
neque mente, quas tres remunera-
randi species Philosophus enu-
merat. Rursum beneficia acci-
pta in sua puritate esse non sinit
sed illa variis modis corrūpit &
inficit, vt vel sic ipsa beneficia
asper

*Arist. 9.
Ethic. c. 8.*

aspernetur. Tandem benefa-
ctorem Deum crudeliter perse-
quitur, ac loco gratiarum bel-
lando arma ei infert, vt cum e-
ius donis cum iniuria abutitur,
vt honore ad superbiam, fama
ad vanam gloriam, diuitiisque
ad iustitiam, fortitudine ad præ-
sumptionem, potentia ad op-
pressionem, ingenio ad irrisio-
nem, sapientia ad fraudem, vir-
tute ad ostentationem, opibus
ad fastum, pulchritudine ad
lasciuiam, quemadmodum
ait Mazarinus noster. Ma-
lum porro magnum est diuino-
rum non recordari beneficio-
rum: Hinc suos olim monuit
Moyſes his verbis ad grati ani-
mi ſignificationem: *Cave diligen-
ter ne obliuiſcaris Domini, qui eduxit
te de terra Ægypti, de domo ſeruitu-
tis. Et: recorderis Domini Dei tui,
quod ipſe vires præbuerit tibi, vt im-*

*Cōcio. 108.
in ps. 50.*

*Deut. 6. 13.
et 8. 17.*

G § pleræ

pleret pactum suum, super quo iuravit patribus tuis, sicut presens indicat dies; si autem oblitus Domini Dei tui sequutus fueris Deos alienos, colueris illos & adoraveris, ecce nunc praeiudicium tibi, quod omnino dispercas. Merito homo ingratus timere debet, ne & Deus illius obliuiscatur, laetarique olim cogatur cum Davide: quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me iniquus, dum confringuntur ossa mea, &c. Memoria etiam sui exigua est in ijs, quae pertinent ad animi sui cultum, corporis autem curandi memoriam nunquam deponit, quam etiam apud alios vult vigere semper, immemor eius, instabile illam esse, aliam adeoque mutabilem pingi, & perforato vase filiorum Danai infundi. Quae situm olim fuit: quid primo in homine veterasceret respondit Seneca memoriam;

Pf. 10. 41.

*In pref. de
clam.*

Simo-

Simon
primò
benefi
tardiu
emem
esse di
miser d
lucule
uitate
homo
(vt eu
appell
oppug
omni
crand
licis P
effund

Qua pa
mi

Simonides interrogatus, quid
primò in memoria deleretur,
beneficium respondit: quid itē
tardius senesceret, difficilius
è memoria tolleretur? iniuriam
esse dixit. Hæc omnia, quàm
miser & ignobilis homo existat,
luculenter ostendunt, vt & gra-
uitatem peccati mortalis, quo
homo ingratus, *Diaboli miraculū*
(vt eum Gulielmus Parisiensis
appellat) *obliuioſaq; moles*, Deum
oppugnare audet. Virulentum
omnino est peccatum, & exe-
crandum vas, quod ad instar ca-
licis Pandoræ omnigena mala
effundit.

*Lib. de
Rhet. dist.
no c. 4.*

CAPVT X.

*Qua parte homo ad imaginem, & ſe-
militudinem Dei factus in-
felix est.*

C 4 Homo